



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

28. Maij. 5. Cal. Jun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



28. Maij. 5. Cal. Jun.

B. GUILIELME, Converse Heister *Circa*  
 bacensis: qui præter alia dona cœ- *annum*  
 lestia, perennem lacrymarum fontem *1215.*  
 orationibus tuis devotissimis à DEO  
 obtinuisti. Solebas autem ter quotidie  
 largiores fletus effundere: dum nempe  
 considerabas peccati gravitatem, qua  
 licet injuriam summam Divinæ maje-  
 stati irroget, ab infanis mortalibus tam  
 raro perpenditur: inde amaritudinem  
 Dominicę Passionis; quam ad eliquan-  
 dum in lacrymas totum mundum, cre-  
 debas sufficere, cum interea ingratum  
 genus humanum vix aridis oculis tam  
 immensum miserationis divinæ bene-  
 ficium intueri dignaretur: denique be-  
 atorum in cœlo gaudia: ad quorum  
 fruitionem cupiebas totam animam  
 per pia hæc stillicidia, & ardentis  
 amoris gemitus, emittere. *Totidem, si*  
*non plures, mihi causæ suppetunt con inui-*  
*lacrymarum imbris. Sufficiet nobis tres*  
*inidem fontes, qui vitam nunquam ina-*  
*rescant! Delicta nimirum juventutis mea,*  
*quæ Compunctionis: Vulnera Christi, quæ*  
*Compassionis: vita futura, quæ lacrymas*  
*jam timoris, jam pijs desiderij & amoris e-*  
*licitat.*  
 B. H. E-

*Tres la-*  
*cryma-*  
*rum*  
*causæ.*

*Fletus*  
*causæ*  
*passim*  
*obvix.*



*Floruit* B. HELENA: quæ cum ipso ma-  
*circa* terno lacte pietatem, & amorem erga  
*annum* mellifluum BERNARDUM suxisti.  
 1400 Adhuc enim propè infans, audito illi-  
 us dulci nomine, aut conspectâ effigie,  
*Amor* tanta piorum affectuum abundantia  
*singu-* quasi obruebaris; ut non solum ad læ-  
*laris in* titiæ lacrymas, sed etiam extra sensus  
*S. Ber-* corporis, rapi consueveris. Cum peræ-  
*nardii.* tatem licuit, virginibus Cisterciensibus  
 in monasterio Cellensi apud Lusita-  
 nos sociata, vitam ejus sanctissimam  
 vigili semper memoria revolvebas. E-  
*Cujus* rat illa tibi pro viridario amœnissimo,  
*vitam* per cujus flosculos instar apis argu-  
*imita-* mentosæ, alis contemplationis voli-  
*tur:* tans, pretiosa virtutum mella legebas.  
 Arridebat tibi præcipuè Fasciculus ille  
*conti-* myrtheus, quem inter brachia gestans  
*nno* passim à pictoribus repræsentatur. Et  
*marty-* quàm fortiter eundem pectori tuo ad-  
*rio.* strinxeris, demonstravit totius penè  
 corpusculi continuum vulnus: quod,  
 ne unquam in cicatricem coalesceret,  
 novis identidem diverberationibus re-  
 crudescere jussisti. Ad sanctissimi au-  
 tem oneris hujus amplexum, geminus  
 te incitabat amoris stimulus; BER-  
 NARDI alter, alter amantissimi virgi-  
 num Sponsi: cui gratissima esse lilia  
 non ignorabas, quæ inter Passionis sue  
 spinas




spinas florescerent. Utrique tandem in cœlo jungenda, pluribus sanctimoniarum tuarum signis in terra relictis, ex hac vita migrasti. *In utriusque dilecti tui amores accende cor meum. Ab utroque tota mentis aviditate suscipiam dulcissimum myrrha fasciculum: hic unus sit solatium anime mee, hic sit incentivum divini amoris, hic denique culcitra morientis.*

Fasci-  
culus  
myrrhæ  
dulcis.

S. BERNARDUS, ser. 70. in Cant.

O verè amandum, & totis medullis cordis amplectendū Sponsū! Quid jam cunctetur Ecclesia totā se devotione committere tam fido redditori, tam pio indulgitori, tam justo propugnatori?

Sponsus  
anime  
cur a-  
man-  
dus.



29. Maij. 4. Cal. Jun:

SS. Martyres monasterij de ZEDLIZ in Bohemia: qui in ea tempora incidistis, quibus Hussitarum hæreticorum immanis insania Nerones, Diocletianos (& si quæ pestilentiora monstra in Christianos sævierunt) è damnatis refodere cineribus, quibus sepulta est avita Germaniæ Libertas: num Diva

Passi-  
circa  
annum  
1421.